UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De Christi aduersus mortem victoria. 48.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library

erim⁹? Nõne ex paucis his diebus hoc ſolum lucri faciemus, vt plura mala, partim videam⁹, partim perpetiamur, partim etiam faciamus, atque ita tãdem ipſi quoq; naturæ legi commune certúmq; tributum exoluamus, atq; alios ſequamur, alios morte anteuertamus, alios lugeamus, ab aliis deploremur, munúſque lachrymarum, quod aliis contulimus, ab aliis viciſſim recipiamus?

De Chriſti aduerſus mortem victoria.

48.

O Fera mors, quæ non vno contenta, ſecundum,
Pictonas obſeſſos hoſte tenente rapis.
Ænea quem fracto pede glans immißa peremit,
Dum vigil hoſtiles arcet ab vrbe minas.
O fera, quæ dirimis fratres, & nomina chara
Diſſocias. ſed me vox leuat iſta Dei:
Tu quoque mors gladiis dabis olim guttura noſtris:
Atque horrende tuus tartare morſus ero.

SCHOLIA.

O fera mors) Hoc quoq; carm
alterius fratris mei Ludouici
lij mors deploratur, qui cum
comite Briſſaco peditum tu
præfuiſſet, atque innumeris lo
egregia virtutis argumenta pr
buiſſet, tādem in Pictauienſi o
ſidione, dū eā vrbis partem, q
diſiectus murus erat fortiſſi
animo cū ſuis tuetur, ænea gl
ictus, paucis poſt diebus vitā
morte cōmutauit. Sic in ciuilib
hiſce bellis quatuor fratres
miſi: Duos nimirū in pugna d
denſi, ac duos reliquos in ter
ciuili tumultu: ne quid inter
de Bellouaco & Giurio auun
lis meis, viris clariſſimis ac fo
tiſſimis dicam.

Tu quoque mors) Hęc fere ad v
bum ex Hieronymo tranſcrip
ſunt, qui Epiſcopum quenda

nepotis morte męrentem &affli-
ctum per literas conſolans, Mors
inquit, fratres diuidit, & chariſſi-
ma inter ſe nomina crudelis &
dura diſſociat. Sed habemus con-
ſolationem, quòd hac Domini
noſtri voce occiditur, O mors *Oſe.3.*
ero tua, morſus tu⁹ ero infernus.

Qua ratione in contemptum res mundi venire queant.

49.

QVisquis ad excelſi peruenit culmina montis,
Iam cuncta ex alto vertice parua putat.
Sic quoque virtutis tetigit qui culmina, parui
Iam pretij, quicquid cernit in orbe, putat.
Viſne igitur vilis mundus, mundíque voluptas
Sit tibi? vis mundi ſit procul omnis amor?
Ante oculos tibi pone Deum, ſedéſque beatas:
Sic mundi ſubitò fracta cupido ruet.

SCHOLIA.

Quiſquis ad excelſi) Hanc ſimili- *Hom.*
tudinem a Chryſoſtomo ſumpſi, *15. ad*
qua illę vtitur, vt oſtendat res *pop. An-*
tioch.